

CLASSIS DECIMA-QUINTA.

*De quibusdam Medicamentis
Spagyricis.*

Crocus Martis adstringens.

℞. *Limatura Chalybis bene depurata tenuioris lib. ℥.*

Extende super Tegulam latam & planam, exponendam igni *Figulino*, aut *Reverberij*, spacio octo vel decem dierum, sic ut Tegula à flammâ continuâ, continuo ardeat, & limatura reducatur in pulverem inpalpabilem, spongiosum, subrubrum, usui reponendum.

Crocus Martis cum Sulphure
preparatus.

℞. *Sulphuris Magdaleon applica ignito Chalybis Bacillo*, ut candentes & liquecentes guttæ in subjectam pelvim aquâ frigidâ plenam incidant: repete illum laborem ad *Chalybis* totalem fusionem, decanta postea aquam, & igniatur repertus pulvis in Crucibulo, reverberandus ad *Sulphuris* consumptionem, & usui, dum refrixerit, reponendus.

Magisterium Martis aperitivum.

*℞. Succī Oxalydis recenter expressi & per
subsidentiam depurati lib. VIII.*

Pulpæ Tamarindor. pinguium Unc. XVI.

Confricentur manibus, vel pistillo ligneo
in patina terrea, non stannea, & fiat instar
Pulmenti, postea coquatur parum, & cla-
rificetur per laneum pannum, clarificatum
indetur Cucurbitæ vitreæ, cui adde *Limaturæ
Chalybis à sordibus benè purgatæ Unc.
VIII.* digerantur in arena loco calido per
quatuor vel quinque dies & noctes, Cu-
cubitæ superponatur Alembicus cæcus, ut
materia per intervalla agitari possit spatulâ
ligneâ, per digestionem coletur per char-
tam emporeticam in patinam vitream vel
terream, deindè inspissetur lento igne ad
consistentiam Extracti liquidioris. Resi-
duum *Chalybis* in subtilissimum pulverem
redactum, exsicceetur & usui servetur.

Tinctura Martis aperitiva.

*℞. Limaturæ Chalybis per abluionem pu-
rificatæ lib. ꝑ.*

*Tartari albi Germanici Crystallini præ-
parati & pulverisati lib. II.*

Misce exactè, & inde ollæ ferreæ valdè
capaci & magnæ, addendo *Aquæ pluvialis
purissimæ lib. XXIV.* (observando, ollam
ultra medietatem non esse replendam, alio-
quin materia, quæ bulliando intumescit
&

& inflatur, majori ex parte parietes ollæ transiliret) bulliant omnia benè per integrum diem, addendo per intervalla aquam bullientem (quæ in defectu præcedentis, semper debet esse ad manum) commoveatur continuò materia, quæ alioquin semper albicans apparebit. Post duodecim horarum ebullitionem, quod crassius est, subsidebit, subtilius verò supernabit nigricantem præ se ferens colorem saporis dulcacidi: decanta quod clarum erit, filtretur, & in vase terreo vitreato evaporatur lento igne ad consistentiam Syrupi liquidioris.

Vitriolum Martis.

℞. *Spiritus Vitrioli rectificati lib. III.*

Aquæ pluvialis lib. IX.

Misce, tum accipe

Limaturæ Chalybis purissimæ lib. I.

Projice *Limaturam* in Matracium vitreum amplum, & pederentim superaffunde tres partes superioris mixturæ, *Spiritus* & *Aquæ* scilicet. Digerantur super cineres calidos per tres dies; tum liquorem viridem per declinationem decanta in alio vitro, & si ex *Limatura* quidquam indissolutum restitet, illi reliquam partem dissolventis adde, & digere super cineres, ut dictum est: deindè decanta, & jungè primæ dissolutioni, rejiciantur verò fæces tamquam inutiles. Filtrentur omnes dissolutiones, & evaporentur in vase vitreo igne len-

lento, ad consumptionem medietatis, deindè ponantur in cellâ vinariâ, vel loco frigido per tres dies, tum collige *Crystallos Vitrioli*, reliquam humiditatem decanta, evapora, & crystallisa, ut supra. Postea exsicca *Crystallos*, & usui serva in vitro benè obturato.

Saccharum Saturni.

℞. *Cerussæ optimæ* q.v. (Belgicè Schelp-wit)

Huic subtilissime pulverisatæ affunde Acetum stillatitium ad supereminentiam trium vel quatuor digitorum transversorum: stent in digestionem donec Acetum dulce factum fuerit: dein Aceti decantati levi igne fiat evaporatio ad cuticulæ apparentiam sic in loco frigido concresecunt *Crystallos* in umbra exsiccandi: reliquum denuò ad cuticulæ apparentiam exhalet & procede ut antè.

Mercurius sublimatus Corrosivus.

Hunc aliunde petere licet.

Mercurius dulcis.

℞. *Mercurij sublimati* Unc. VI.

Mercurij vivi Unc. IV.

Misce exacte in mortario marmoreo usque dum Mercurius vivus planè dispareat. Pulvis hic indatur matraccio colli oblongi in arenâ positi & successivis ignis gradibus
Mer.

Mercurius elevetur in altum. Materia autem exempta denuò sublimetur idque toties repetatur donec Mercurius sit planè insipidus rejiciendo semper pulverem rubrum in fundo matracis hærentem.

Mercurius præcipitatus albus.

℞. *Mercurij crudi Unc. I.*

Aquæ fortis Unc. I. β.

Stent in loco calido donec Mercurius solutus sit atque in totum dispercat. Solutionem hanc stillatim cum muriâ forti confundito. Sic præcipitabitur pulvis albus Aquâ calidâ crebro abluendus donec omnem acrimoniam deposuerit & blando calore inter chartas complicatas exsicce-
tur.

Mercurius præcipitatus ruber.

℞. *Mercurij crudi Unc. I.*

Aquæ fortis Unc. I. β.

Detineantur super arenam in phialâ vitreâ donec Mercurius sit solutus dein valido igne f. evaporatio ad siccitatem.

Mercurius præcipitatus Viridis.

℞. *Mercurij Unc. IV.*

Veneris Unc. β.

Solve separatim in aquâ forti vel Spiritu nitri & misc. postea abstrahæ aquam fortem digere præcipitatum cum Aceto stillatilio filtra & sicca f. a.

Typ-

Turpethum Minerale.

℞. *Mercurij crudi Unc. IV.*
Olei Vitrioli Unc. XVI.

Misceantur retortæ vitreæ imponantur & simul macerentur per viginti quatuor horas super cineres calidos quibus elapsis inclinato rostro adaptetur recipiens aucto paulatim igne, deinde augeatur donec omnis humiditas abierit. Massa alba à fœcibus separata projiciatur in aquam puram & statim flavescet: abluatur ab acrimonia siccetur & usui fervetur.

Antimonium Diaphoreticum.

℞. *Antimonij crudi lib. β.*
Sal. Nitri lib. I. β.

Mixta exacte & in pulverem subtilis. redacta per vices & cochleatim in crucibulum candens injiciantur & fiet detonatio: post detineatur materia in igne per horam dimidiam ita tamen ne fluat. Dein eam cum crucibulo injice in aquam calidam pluvialem quæ illicò lactescet, liquorem hunc albicantem effunde & recentem aquam fœcibus reeffunde idque tam diu repetatur donec liquor amplius non lactescat: liquores istos omnes à pulvere subsidente effunde. Pulvis autem insipidus restans lente exsiccetur.

Notent Pharmacopœi quod hic Pulvis semper recens esse debeat, & aëri sæpè expositus iterum qualitatem Vomitivam acquirere.

Crocus Metallorum.

℞. *Antimonij optimi,*
Salis Nitri purissimi an. lib. I.

Reducantur seorsim in pulverem, mox commisceantur: tum injiciatur hujus mixturæ uncia una in Crucibulum candens igne carbonum, cum cochleari vel alio instrumento commodo, & tegatur illicò tegulâ, ut sic fiat detonatio, fumum evitando: & cùm univèrsa materia jam deflagaverit, ac stridor cessaverit, injice aliam unciam mixturæ, iterumque hunc laborem repete ignem augendo, donec tota deflagaverit; tum removeatur ab igne, ut quam primùm refrigeret: tandem fracto vase, materia metallina fusco rubore prædita (quæ propterea *Hepar Antimonij* appellatur) separetur à crusta albicante.

Regulus Antimonii Martialis.

℞. *Frustor. Chalyb. purioris Unc. IV.*
 Candesciant optimè in Crucibulo hinc super injiciantur

Antimonij crudi crasse comminuti Unc. VIII.
 Quæ simul liquefiant his liquatis adde
Nitri Unc. II.

Sicque fluant igni imposta per horam. Deinde effunde materiam in conum fusorium conusque parumper concutiatur ut sic regulus descendat qui jam refrigeratus à scoriis est separandus hic regulus iterum

142 PHARMACOPOEA
iterum fundatur tantillum sensim injicien-
do Nitri: quo perfecta magis fiat scoria-
rum separatio. Tandemque rursus in co-
num effusus regulus ita remaneat usque
ad perfectam refrigerationem.

Anti-hecticum Poterii.

℞. *Reguli Antimonij Martialis,*
Stanni Anglici an. q. v.
Colliquantur simul & cum triplo
Salis Nitri.

Detonentur & postea aquâ edulcorentur
f. a.

Butyrum Antimonii.

℞. *Antimonij crudi,*
Mercurij sublimati corrosivi an. q. v.
Misceantur exacte in mortario lapideo
& fiat destillatio per retortam Vitream la-
tioris colli in arenâ adauctis successively
ignis gradibus, sic liquor sive Butyrum An-
timonii instar glaciei egreditur qui si con-
crescat in collo vel principio recipientis
ne id obstruat, admove caute carbonem vi-
vum ut liquefcat, liquorem egressum re-
ctifica per retortam vitream.

Bezoardicum Minerale.

℞. *Butyri Antimonij, q. v.*
Alteram partem *Olei Glacialis Antimonij,*
prius ponderatam, & injice in Matracium
fatis

78
 fatjs amplum, cui affunde guttatim æqua-
 le pondus *optimi Spiritus Nitri*. Interim
 eave à noxijs vaporibus. His additis, &
 dissolutione peractâ, effunde in Alembi-
 cum parvum, & igne arenæ destilla usque
 ad siccitatem. Affunde iterùm relicto pul-
 veri in Alembico jam siccato, eandem
Spiritus Nitri quantitatem, tunc *Spiritus*
Nitri nihil efficiet; exhalare tamen eum
 fac destillando, usque ad materiæ siccita-
 tem. Affunde tertio eandem *Spiritus Ni-*
tri quantitatem, & ut ante destillando eva-
 porare finito. In fundo Cucurbitæ repe-
 ries materiam albam, siccam & friabilem,
 quam in pulverem redactam, diligenter
 ad usum serva.

Vitrum Antimonii.

℞. *Antimonij in subtiliss. pulver. redacti q. v.*

Calcinetur in patinâ terreâ vitreatâ pri-
 mò leni igne per horas aliquot dum fu-
 mi cessare incipiant spatulâ ligneâ conti-
 nuò agitando ne in glebas concreascet: dein
 auge ignem ad incandescentiam vasis do-
 nec in pulverem abeat Griseum hunc fun-
 de in Crucibulo donec instar Cere fluat
 postea effunde supra laminam cupream
 antea leviter calefactam: lente frigescant
 omnia ne vitrum diffiliat.

Vinum Emeticum.

℞. *Croci Metallorum Unc. I.*

Vini

Vini albi lib. I.

Misce & stent per horas duodecim in infusione calidâ. Deinde utui ferventur.

Tartarus Emeticus.

*℞. Crystallorum Tartari Unc. I.**Croci Metallorum Unc. ℞.*

Pulverisita coquantur cum aquæ pluviæ lib. ℞. ad pelliculæ apparentiam; hinc colata per chartam bibulam duplicatam & Vitro inclusa loco frigidiori ad Crystallifandum reponc.

Tinctura Antimonii.

*℞. Mineræ Antimonij lib. I.**Sal Tartari lib. II.*

Detineantur in igne vehementissimo per sex vel octo horas, dein refrigeratis omnibus massa pulverisetur huic pulveri superfunde Spiritum vini Tartarificatum ad supereminentiam aliquot digitorum digerantur simul per tres vel quatuor dies donec sanguinis instar rubicunda evadat Tinctura materiam sæpius agitando, dein ad usum à fœcibus separata reponatur. Spirit. Vin. Tartarif. sic conficies.

Spiritus Vini Tartarificatus.

*℞. Tartari crudi Unc. VIII.**Salis Tartari Unc. IV.**Spiritus Vini lib. VIII.*

Dige-

Digerantur per diem unum dein destil-
lentur ad mediæ partis abstractionem de-
stillat. Spirit. superfunde

Salis Tartari Unc. II.

Tartari crudi Unc. IV.

Destill. denuò ad mediæ partis abstra-
ctionem usui servandum.

Vitriolum album Vomitivum.

℞. Vitrioli albi q. v.

Solve in aquâ pluviam filtra & evapora
donec crusta apparere incipiat. Pone in
loco frigido Crystallos concretos exime.
Aquam restantem iterum evapora & ter-
tium dum omne sal purum exceperis. Quod
ultimò cum Aqua Rosarum solutum Fil-
tratum & coagulatum calore levi siccetur
ad usum.

Oleum Vitrioli.

*℞. Vitrioli optimi ad cineritium flavescens
Pulverem exsiccati q. v.*

Destilletur s. a. ex retortâ lutatâ serva-
tis ignis gradibus. Oleum destillatum po-
stea rectificetur servato seorsum capite
mortuo seu *Colcothar.*

Flores Sulphuris.

℞. Sulphuris purissimi q. v.

Sublimetur ex Cucurbitâ terrcâ vitratâ
K super

146 PHARMACOPOEA
superimposito Alembico vitreo vel terreo
vittrato per mediocrem arenæ calorem, flo-
resque colligantur usui fervandi.

Oleum Sulphuris.

℞. *Sulphuris q. v.*

Imponatur crucibulo & accensum de-
stilletur superimpositæ campanæ vitreæ
ut artis est.

Balsamum Sulphuris Vulgare.

℞. *Florum Sulphuris Unc. II.*

Sal Tartari Unc. I.

Misceantur & liquefiant exacte, donec
atro purpureum induant colorem, hinc
postea Pulverisatis adde

Olei Terebinthinæ Unc. IV.

Coq. simul in Phiolâ vitreâ in arenâ re-
posita per tres horas: dein omnibus frige-
factis clarum à fœcibus separa & ad usum
serva.

Balsamum Sulphuris Anisatum.

℞. *Masse Sulphuris supra scriptæ Unc. II.*

Olei Anisi Unc. III.

Coq. in B. M. per octo horas mate-
riam sæpiùs agitando postea frigefacto va-
se, Oleum supernatans tinctum usui re-
ponatur.

Flores

Flores Benzoin.

℞. Benzoin optimi pulveris. q. s.

Ex ollâ terreâ ad formam cucurbitæ factâ, cui super impositus est conus Chartæ ceus, igne leni f. sublimatio: sic post horam dimidiâ flores ascendere incipient, qui singula hora semis cum plumaceola colligendi sunt.

De Salibus fixis & Volatilibus.

*Sal Absinthij,
Cardui Benedicti,
Scordij,
Stipitum Fabarum &c.*

Herbæ siccatae exurantur in cineres ex quibus per aquam calentem fiat lixivium quod filtrandum & lento carbonum igne evaporandum in sal, quod ut purius reddatur iterum solvendum filtrandum & coagulandum.

Crystalli Tartari.

℞. Tartari Rhenani pulveris. q. v.

Ebulliat cum multâ aquâ quæ sic impregnata dum adhuc calet, per chartam bibulam coletur in vas idoneum, deinde si frigori per noctem aut diutius exponatur, Crystalli lateribus vasis accrescent quos effusâ aquâ colligito & siccato.

K 2

Tar.

Tartarus Vitriolatus.

℞. *Liquoris Tartari q. v.*

Infilletur ei successive Oleum Vitrioli rectificatum donec nulla amplius f. effervescentia dein f. evaporatio ad siccitatem.

Sal fixum Tartari.

℞. *Tartari albi crudi q. v. vel*

Massam nigram post distillationem Tartari in retortâ residuam.

Tartarus crudus in furno figulino; massa verò nigra nòde inter prunas calcinetur donec alba evaserit, ex hac per aquam calide affusam paretur lixivium quod filtretur in vas vitreum vel terreum, effundatur & exhalet donec omnis humiditas sit absorpta sic in fundo remanebit sal album.

Quod si per dies aliquot vase vitreo pleno exceptum in cellâ aëri exponatur solvetur in liquorem *Oleum Tartari per deliquium* improprie vocatum.

Sal Prunellæ.

℞. *Nitri purissimi pulveris lib. I.*

Liquefiat in crucibulo liquefacto per vices insperge

Sulphur. comm. Unc. I.

Quò deflagrâto, effunde nitrum fustum

in

in pelvim cupream mundam fiantque lamellæ.

Sal Nitri fixum ejusque Liquor.

℞. Nitri purissimi Unc. III.

In pulverem subtilem redactum indatur crucibulo mundo imponendo carbonibus accensis ut fiat instar aquæ: cum fluxerit injice frustum carbonis igniti & fiet inflammatio, donec injectum illud frustum effervescendo cum nitro sit consumptum, tum repete illam carbonum injectionem donec nitrum non amplius inflammetur sed maneat sub massâ siccâ virescente tum

℞. Nitrum hoc modo fixatum.

Solvatur in aq. ferventis q. s. solutum filtra per chartam. Filtrati f. evaporatio in vitro idoneo ad siccitatem usque & remanebit in fundo sal acerrimum.

Hoc sal in orbe vitreo in cellâ aëri exponatur, tam diu illic relinquendum donec per deliquium fuerit solutum in liquorem limpido *akabest glauveri* dictum.

Salis Essentialis conficiendi modus.

℞. Plantæ cujusvis recentis & succulente q. v.

Contund. in mortario lapideo deinde affusâ copiosâ aquâ font. clarâ coq. ad mediet. consumpt. decoctum coletur fortiter

150. PHARMACOPOEA
titer exprimendo. Colat. iterum coquatur
ad Mellis consistent. reponatur in vase
fictili vitreato loco frigido per octiduum,
& Sal Crystallinus concrefcet qui affuso
decocto colligitur, propriâ aquâ abluitur
& siccat ad usum.

Spiritus Cornu Cervi.

℞. Frustulorum Cornu Cervi q. v.

Indantur retortæ ad medietatem im-
plendæ post amplo recipiente adaptato
fiat destillatio igne aperto gradatim: sic
ascendent Phlegma, Spiritus, Sal Vola-
tile & Oleum fatidum: Sal Volatile cum
liquore reliquo ab Oleo fatido per filtra-
tionem separato. Mixtum in Cucurbitâ
altiore super arenam destillando rectificetur:
Sal Volatile Spiritui admisceatur vel
singula separatim asserventur pro lubitu.

Sal Volatile Cornu Cervi.

*℞. Spiritum Cornu Cervi ab Oleo separatum.
Sal Cornu Cervi primâ destillatione col-
lectum.*

Excipiantur phialâ superposito alembi-
co & recipiente vasi huic adaptato: lenif-
simo sed gradatim aucto igne ascendet
Sal Volatile Alembici rostro & lateribus
adhærens quod separatim excipiendum.

Sal

Sal Volatile & Oleum Succini.

℞. *Succini contus. q. v.*

Indatur retortæ ut tertia ejus pars repleatur, destilletur gradatim ignem augendo ita simul ascendent Oleum & Sal Volatile, hoc Sal aquâ calidâ eluatur & seorsim super proprium residuum calcinatum rectificetur ut album evadat. Oleum autem per se s. a. rectificetur.

Spiritus Salis Armoniaci.

℞. *Salis Armoniaci lib. I. β.**Tartari lib. β.*

Seorsim pulverif. & commixta indantur Cucurbitæ Vitreæ benè munitæ affundendo aquæ communis *Unc. XXXII.* destillentur leni calore in arena *Unc. XVI.* Spiritus reliquus minùs potens seorsim aservetur.

Flores Salis Armoniaci.

℞. *Salis Armoniaci,**Marini decrepitati an. q. v.*

Pulverifata & mixta indantur Cucurbitæ figulinæ cui in arenâ positæ cæco capitulo adaptato sub initio ignem lenem adhibeto eumque sensim adaugeto quo usque Sal Armoniacum sub farinæ formâ ascendat dein ignem continuato & cum nihil

152 PHARMACOPOEA
amplius ascendere animadvertitur, vasa
refrigescere permittito, capitellum remo-
veto & flores pennâ colligito.

Spiritus Nitri.

℞. *Nitri purissimi lib. I.*

Boli communis lib. III.

Exacte mixtis f. f. a. destillatio per re-
tortam.

Spiritus Salis.

℞. *Salis Marini albi lib. II.*

Laterum pulveris. lib. VI.

Exacte mixta indantur retortæ terreae
ad medietatem adaptato amplo recipiente
primò parcâ manu ignis adhibeatur qui
phlegmate egresso augeatur donec omnes
Spiritus nebulæ instar egressi sint, Spiritus
à phlegmate rectificatione separetur.

Spiritus Salis Dulcis.

℞. *Spiritus Salis optime dephlegmati Unc. III.*

Vini rectificati Unc. IX.

Destillentur f. a. per Alembicum Vi-
treum.

Lapis Infernalis.

℞. *Argenti Copellæ tenuiter laminati Unc. I.*

Aquæ fortis Unc. II. ℞.

Dissol-

Dissolvantur igne lento in vase vitreo strenuo, postea coquantur vase aperto igne arenæ sub camino cavendo à fumo ad humiditatis superfluae consumptionem postea effunde in conum fuforium, prius calefactum & refrigeratus Lapis seruetur ad usum.

Ruptorium Commune.

Fit ex lixivio fortissimo secundum artem exsiccato.

Lapis Medicamentosus Crollii.

℞. *Vitrioli viridis lib. I.*

albi lib. β.

Aluminis crudi lib. I. β.

Anatron, id est, Fel vitri,

Salis communis an. Unc. III.

Salis Tartari,

Abfintij,

Artemisia,

Cicborij,

Persicariae,

Plantaginis an. Unc. β.

Ponantur in olla vitreata, & affunde parùm *Aceti Rosati*, ac coque igne lento sæpiùs agitando: ubi incipiet crassescere, adde

Cerasse Venete,

Boli Armeni an. Unc. IV.

Miscantur omnia diligenter, donec

vi

vi ignis mediocris in lapidis duritiem
Massa concreverit, quæ postea fractâ ollâ
 eximenda, & ad usum probè asservan-
 da.

Si *Gummata Myrrham*, videlicet &
Thus, volueris addere, instituatur coctio
 lenta, ne comburantur, & vis illorum in
 igne evanescat.

Aqua Fortis.

℞. *Vitrioli siccati lib. II.*

Salis Nitri lib. I.

Trita simul misceantur, & destilla per
 retortam Loricatam, igne aperto per gra-
 dus.



CLAS-